



Universitätsbibliothek Paderborn

Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Leonardelli, Bonaventura

Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739

Q. 6. An Episcopus electus & confirmatus, sed nondum consecratus
conferre possit Beneficia Ecclesiastica, & approbare Sacerdotes in
Confessionis Ministros?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41144

dum majus Ecclesiae commodum, aliás potius suum proprium, quām Ecclesiae commodum quæreret, quod est proprio anteponendum. 3. Ut appetat absque scandalo, & sine illicita prævia largitione, procuratione &c. imò Sylvest. l. c. putat in quocunque casu, etiam in necessitate, peccatum esse procurare, quod tamen rectè negat Toletus cum S. Th. & aliis, pro casu, quō urget necessitas. Ratio assertionis est; quia ex una parte objectum talis appetitionis est bonum teste Apostolo l. c. potest que ordinatè appeti scilicet ad Dei honorem promovendum, animarūmque salutem, & utilitatem spiritualem procurandam; ex altera parte bona temporalia sunt etiam Dei dona, & media conducentia ad Divinam gloriam, & hominum salutem promoven-
dam.

288 Ad 7. Q. An Episcopus electus, & confirmatus, sed nondum consecratus approbare possit Sa-

cerdotes in Confessionis Ministros? R. affirmativè cum Sylvest. verb. *Episcopus n. 9.* Sà verb. *Episcopus n. 37.* Barbol. in *Collect. DD.* in *Trid. Sess. 23. c. 15.* n. 25. ubi plurimos alios refert. Ratio est, quia tali Episcopo competent ea, quæ sunt jurisdictionis; adeóque licet non possit ea concedere, quæ sunt Ordinis Episcopalis, potest tamen ea, quæ sunt jurisdictionis, qualia sunt approbatio, & jurisdictione Sacerdotum ad munus Confessarii ob-
undum & collatio Beneficiorum, quæ est actus jurisdictionis, ut etiam notat Squillant. de *oblig. & priv. Episc. p. 3. c. 3. dub. 5. n. 3.* Unde Diana pluribus à se relatis affirmit *p. 7. tr. 2. resol. 1.* posse talem Episcopum uti facultate ab-
solvendi, & dispensandi, concessa Episcopis à Trident. *Sess. 24. de reform. c. 6.* in casibus occultis, eo quod talis facultas dispensan-
di, & absolvendi sit actus jurisdictionis,



CA-